

RER. MEMOR. LIB. IIII. 297  
FRANCISCI PE-  
TRARCHÆ V. C. RE-  
RVM MEMORAN-  
DARVM,

LIBER IIII.  
DE PRVDENTIA.

Cap. I.

APPIVS CLAVDIVS.



**A**ltioribus incipiam,  
quid enim P. R. in terris  
altius fuit? huius euentus  
ab Illustribus viris, mul-  
to ante prouisus est: Ap-  
pius Claudius in omni  
sermone, negotium Romanorum ocio  
præferre solitus fertur. At quæ memoria  
tàm demens est, quæ ocij dulcedinem ne-  
gotiorũ curis si facultas securitasque cū  
ocio contingat, non præferendam cen-  
seat? sed in anteriora prospiciens vir cau-  
tissimus, videbat id quod exitus approba-  
bat, Romanam virtutem negotiis ali, se-  
gnitie marcescere.

Q. METELLVS.

**E**quidem quod id generali quadam  
admonitione atque indefinitè cen-